



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Magnobono ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse octobris occurrētibus. Fo. cclvi.

facili gloriā formidabat. Tandem victus pre-  
cibus legatorū & vulnari presbyteri: iohannē  
diaconum & sociū secum assumpti: & nauigio  
ad duce in castro burningio peruenit. Inue-  
nitq; puellam facentem vincam: & a demonio  
circuano teiuntio rabe facram. Qui orationem  
ad dominū fudit: et in christi nomine demoni  
imperauit: qui mox ex ore eius in specie nigri  
corui discessit: & fetorem sulphureum in loco di-  
misit. Dux hō multa ei dona obtulit: que vtr deī  
accipiens ea postmodum omnia in pauperum  
vtilitē expendit. Cum autem illum in episcopus  
vellet presficere omnino renuit: sed iohannem  
diaconum discipulum suum obrulit. Ad cuius  
nutum in eum omnis populū episcopi con-  
stantiensis elegit. Rex autem sigbertus au-  
dito q; puella liberata fuisset: misit ad patrem  
vt eam sibi desponsatam trāsmitteret. Que cū  
ad eum venisset: & modum liberationis eius si-  
gbertus audisset. Ballo abbati pecuniam co-  
piosam misit: de qua sanctus cellas & ecclesiam  
edificauit. Quam rex & dux predicti & possessio-  
nibus dotaucrunt. Cum autem sigbertus spō-  
sam suam sibi vellet coniugio sociare: audiuit  
ab ea q; pro eius liberatione votum pudicitie  
emississet. Et de consilio galli abbatis ne eius  
propositum auerteret: ipsam in cenobio mas-  
tre virginitum multarum esse constituit. De  
inde vtr domini a gunzono duce ad vrbem con-  
stantiam aduocatus: vt consecrationi iohannis  
episcopi presens esset: verbū domini in populo  
mirifice predicauit: & multos ab errore gentili-  
tatis ad christum conuertit. Episcopo quoq;  
formam gubernande sibi & cōmisit ecclesie pre-  
buit. Atq; postmodum ad cellam suam in heres-  
mo rediit: vbi plures discipulos congregauit.  
Deinde rogatus a vulnario presbytero: relicto  
monasterio ad domum eius per dies aliquot di-  
uertit: vt ei monita salutaria preberet. Et cum  
omni populo in ipso castro verbum domini pre-  
dicasset: post dies duos febre correptus dieb;  
xliij. languore pressus iacuit: & cum esset anno-  
rum. lxx. ad extrema deducrus in domino quie-  
uit. xvij. kalen. nouembri. Cuius corpus in ca-  
stro burningio sepultū est vbi & miraculis vti-  
t.

De sanctis Ducentis & septua-  
ginta martyribus. Cap. lxxij.



**D**ecēti et  
septuaginta  
martyres xpi  
apud aphricā  
coronati sunt  
et sancti mar-  
tyres martianus et saryrianus  
cum duobus fratribus & ma-  
rima ego egregia ancilla chri-  
sti sub persecutione vanda-  
lica gerrico rege arriano, Qui primo nodosis

fustibus celi: & vsq; ad ossa laniati: cū multo te-  
pore talia parerent: sequenti die incolumes red-  
debant. Postmodū autē dura custodia mācipa-  
ti: & arati in neruo dei virtute soluto cippo li-  
berati sunt. Ob qd miraculū Maxima liberta-  
ti sue reddita: materq; multarū virginum effe-  
cta in confessione xpi consenuit. Sancti autē  
inter mauros ferocissimos relegati: cū predica-  
tione sua multos ad xpm cōuertissent iussu ger-  
gerici ligatis pedibus post terga currentium  
quadrigarū inter spinosa loca siluarum tracti:  
et discepti spiritus emisserūt. xvij. kalē. nouē-  
bris: vt ait ado in martylogio suo.

De scro Magnobono epō. Cap. lxxliij.



**M**agnobono  
episcopus ande-  
gauris clarus  
tpibus dagober-  
ti regis: que rex  
fama spūs cōperta ad se ac-  
cessit fecit. Cum ergo ciuita-  
tem ingressus esset: cōpedi-  
ti qui erāt in ergastulis eius pa-  
trocinū implozabāt. Ille hō iudicē adit: et vt  
reos amore xpi solueret: exorauit: qui ab eo re-  
pulsus dū ecclesiam intrās orasset: subito compe-  
dibus fractis & carceribus referatū in clui ab-  
soluti sunt. Cum in predio quartanaco eius  
diocesis puer a demone rap-  
tū eēt: inter vepres  
& rupes collidit: & semitūus scro epō a parētibus  
offerret: qui demone xpi noie tuocato a pue-  
ro eiecit: & ipm sanū parētibus restituit. Quas-  
dam vice dū flumē cū socijs vellet trāfire nauē  
cōspexit ab alia parte fluminis ductore caren-  
tem. Sed dū orasset: nauis sine remige cis flu-  
mē ad eū venit: & ipm cū socijs sine vilo guber-  
nante trāsuertit. Verū tpe famis ingruentis  
dispensator suo certā nūmorū summā pauperi-  
bus distribuendam dedit: quam ille in dispēsan-  
do duplicatam inuenit. Abbas quidam eius  
emulus ad eum veneno poculandum quosdam  
miserat. Sed sanctus vtr hoc per spiritū cognos-  
scens nūcios abbatis benigne susceperit: & eorū  
intentionē eis dē aperuit: atq; sic eos ad penitē-  
tias puocauit. Qui euit autē in pace vir dei. xvij.  
kalen. nouembri: sepultus in ecclesia sua.

De sancto Ambrosio epō. Cap. lxxv.



**A**mbrosius  
episcopus bitur-  
cesis. apud eandem  
ciuitatem clarus tempore pi-  
pini regis francorum: qui vica-  
et sanctitate eximius & doctri-  
na presulgidus gregē domini  
sibi commissum verbo & exem-  
plo fideliter enutruit: et vtr-  
tutibus plenē in pace quiescit